



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Reucatio Arrij. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

RERVM MEMO. LI.B IX.

Itaq; euidenti indicio, regina templum mirificū in eo  
loco, vbi crucem repererat, statuit, clausos quoq; qui-  
bus corpus dominicum fuerat affixum, portat ad fili-  
ūm. Ex quibus ille frenos & galeam aptat ad ysum  
belli, adimplens Zachariae prophetiam, dicens: Et  
erint quod in freno est, sanctum dño omnipotenti. Li-  
gnivero salutarē partē defert filio, partē sibi reponit.

SOZOME N V S in tripartita historia.

Caput V.

D E hocligno Sibylla dixit apud Paganos: O ter-  
beatum lignum, in quo deus affixus est. Præ-  
terea p̄dicti imperatoris mater octogesimo  
pietatis sue anno decedit, multa filio pietatis mandata  
derelinquens. Quæ mox ille postponens, seductus à  
sorore sua Constantia, & multis precibus ab ea inter-  
pellatus, Arrium de exilio reuocari iubet, & mitti ad  
episcopos, qui tunc forte Hierosolymis ad dedicatio-  
nem ecclesiæ conuenerant, fidemq; eius probari. Tūc  
ille fidem scripsit, quæ quidē sensum nostrum & ver-  
ba nostra professionemq; nostrā cōtinere videretur.

SOCRAT E S in tripartita historia.

Caput VI.

I Mperator aut̄ adhuc de Arrio experiri volēs, cum  
reuocat ad palatium. Qui percontat⁹ de fide Ni-  
cena, sicutे subscribit, & p̄stat iuramentum, quo-  
dammodo iusiurandum arte deludens, ferturq; scri-  
ptam sectam suam habuisse in charta, quā sub ala fe-  
rebat. vnde vere iurare se credidit, dicens se sic sapere  
sicut scripsisset. Credens ergo imperator, suscipi eum  
ab Alexandro Constantinopolitano episcopo in cō

F iii